Disputatio medica inauguralis de pleuritide vera / Quam ... authoritate ... Collegii Medici in almâ ... Rauracorum Universitate, pro summis in medicina honoribus & titulis doctoralibus solenniter consequendis, placidae medicorum ventilationi subjicit Theodorus Winandi ... ad diem 28. Martii, an. M DC LX.

Contributors

Winandi, Theodorus. Universität Basel.

Publication/Creation

Basileae: Impressit Georgius Deckerus ..., [1660]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/f48bx7er

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS,

De

PLEURITIDE

VERA.

Quam,

Præside De o Ter Opt. Max.

Authoritate & Decreto Inclyti, Excellentissimi, & Mobilissimi Collegii Medici in Almâ hac & Antiquissimâ RAURACORUM UNIVERSITATE,

Pro

Summis in MEDICINA Honoribus & Titulis Doctoralibus Solenniter consequendis,

Placida Medicorum Ventilationi subjicit

THEODORUS WINANDI, Amstelo-Batavus.

Ad diem 28. Martii, An. M DC LX.

Loco horisque solitis.

BASILE A impressit GEORGIUS DECKERUS, Academiæ Typographus.



Excellentissimo, Spectatissimoque Viro ac Domino,

DN. JOH. CASPARO FAUSIO,
Philosophiæ ac Medicinæ Doctori Expertissimo, Practicæ Medicinæ in Antiquissima
& Celeberrima Heydelbergensi Universitate Professori Primario, Illustrissimi ac Celsissimi Principis Electoris Palatini, Bavarię, &c.

Ducis Archiatro dignissimo, Fautori
suo plurimum colendo.

Exercitium hoc Medicum utpote Studiorum
fuorum Academicorum finem

in grati animi техричелого

THEODORUS WINANDI,
Amstel-Batavus.



E Pleuritide Vera acturus opera pretium non inutile me facturum puto, si primo ejus Etymon, postea definitionem, & causas, hisque signa & curam breviter & succincte proponam. Quod ad Etymon.

THESIS 1.

Orbus hic grecis vocatur II de lus de la desta de la desta de la latere. Lat. verò Morbus vel Dolor lateralis, & definitur propriè loquendo, Inflammatio membrana Pleura & musculorum intercostalium internorum.

II.

Ad perspicuam hujus morbi declarationem examinabimus quatuor 1. Subjectum. 2. Morbum ipsum. 3. Causas. 4. Signa quibus à cognatis affectibus difernitur.

III.

Subjectum Vera Pleuritidis (de hac enim in præsens præcipuus noster erit Sermo, quia dantur adhuc aliæ

species uti latius apparebit in differentiis) statuitur esse membrana ista quæ costis subtenditur, vulgò Pleura dicta, & musculi intercostales interni.

IV.

Morbus hic quatenus est Inflammatio triplex morbi genus sub se complectitur, sc. intemperiem, malam compositionem, & continui solutionem.

V.

Causa sunt vel proxima vel antecedentes, vel procatartica & externa: proxima sive continens causa est in fluxio tenuis & fervidi sanguinis in membranam dictam vel musculos th. 3. dictos, utplurimum autem biliosi rarò pituitosi vel melancholici; Antecedens causa est idem sanguis in corpore restitans, sed nondum influxus.

VI.

Hic sicut in omnibus fluxionibus consideranda sunt quatuor. 1. movens. 2. mobile. 3. via per quas. 4. pars recipiens.

VII.

Movens sive terminus à quo est cor quatenus multo tenui sanguine abundat, eumque per arterias in pleuram & spatia intercostalia evomat. 2. Mobile sive humor, isque vel sanguineus, vel biliosus, &c. quatenus vel copia vel qualitate vel orgasmo in vitio est. 3. Via per quas sit sluxio sunt venæ & arteriæ intercostales, mammariæ, vel thoracicæ. 4. Pars recipiens sive terminus ad quem sunt latera sive partes laterales ex prævio sluxu vel alia quavis de causa nimis debilitatæ & sluxui recipiendo proelives.

VIII.

Causas procatarcticas & externas quod attinet, earum aliæ materiam suppeditant, aliæ materiam jam præsentem commovent, & ad pectus abripiunt.

IX. Sup-

Suppeditant materiam nimia alimentorum copia, vini meracioris ingluvies, otium, consuetæ sanguinis evacuationes per nares, menses, hæmorrhoides, &c. suppressæ, breviter omnes res quæ cacochymiam vel plethoram generare valent ut immoderatus usus sex rerum non naturalium. Jam verò humores commovent & ad pectus abripiunt exercitia corporis immodica, ictus & contusio pectoris, casus ab alto, haustus frigidi post prævium vehementem æstum, expositio corporis aëri frigido post validum exercitium, &c.

X.

Nunc ad differentias progrediamur, quæ variæ sunt ac sumuntur præcipuè vel à sede affect à, vel à causis, vel ab adjunctis ac 1. à Sede affect à, Pleuritis; vel est vera & oritur ab inflammatione pleura & musculorum supradictorum, vel notha quæ existit in partibus exterioribus, quæque vel à flatu, vel à frigidis humoribus vel à defluxu catarrhi originem suam habet: vera rursus est vel adscendens quæ ad superiora & jugulum pertingit, vel descendens quæ ad hypochondria magis vergit vid. Hipp. l. 2. de vict. rat. in acut. 2. à causa morbifica atque ita est vel sanguinea vel biliosa benigna vel maligna, &c. 3. ab adjunctis quam differentiam proponit Hipp. 1. devict. rat. in acut. sc. quod alia sit sicca affus G. ipsi dicta, in qua nihil vel parum sputi procedit toto morbo decursu, alia verò humida in qua sputum mox in principio apparet.

XI.

Missis differentiis aggrediamur nunc signa, quorum alia vel præsentem morbum patesaciunt & Pathognomonica nec non diagnostica vulgò à Filiis Medico-

A 3

rum appellantur, alia verò statum morbi futurum prædicunt atque ideò Prognostica dicuntur.

XII.

Pathognomonica Pleuritidis signa à Gal. 5. de loc. aff. cap. 3. recensentur quinque 1. lateris dolor vehemens & punctorius, quo dolore à Peripneumonia distinguitur qui in ea gravativus est, licet etiam alia sint quibus à se invicem distinguuntur. 2. febris asidua & acuta. 3. Respiratio difficilis. 4. Tusis molesta. 5. Pulsus durus & serratilis.

XIII.

Signa partis affecta & causarum ac 1. partis affecta, que si sit membrana pleura supradictorum Symptomatum summus cruciatus & dolor ægrum invadit. Si partes externæ & musculi externi afficiantur difficilior est in ægrum quam sanum latus decubitus, quia partes & musculi exteriores onere humorum incumbentium tune comprimuntur, quin imo si digito comprimantur dolor sentitur & tussis & febris fere absunt; contrarium autem evenit, si Pleura affligitur, & tunc difficilior est in sanum quam ægrum latus decubitus, idque fit quia membrana pondere collectæ materiæ tunc temporis magis distenditur & à costis divellitur, nec dolor digitor u pressu exacerbatur, nisi supra modum costa comprimantur ut ait Clarifs. Rondeletius cap. de Pleuritide. 2. Signa causarum si fiat à Sanguine puro sputum erit rubrum & sanguinolentum, si à sanguine bilioso sputum erit flavum, & amaror linguæ plerumque aderit, si à sanguine pituitoso sputum apparebit album viscidum, &c.

tionem difentitue & enivix vel averaism utph verò

Hæc de diagnosticis & pathognomonicis signis, sequuntur Prognostica quæ futurum morbi eventum prædicunt, uti jam dictum, horum autem alia eventum morbi ipsum, salutem vel mortem alia tempus eventus brevitatem sc. vel longitudinem, alia denique modum eventus declarant.

XV.

Eventum ipsum quod attinet cum sit morbus acutus incertus est ejus eventus juxta aph. 19. l. 2. In genere tameninterior exteriore magis est periculosior, & descendens ascendente: an verò ad salutem vel mortem terminaturus sit ex comparatione virium cum morbo colligendum est; sic si vires sint constantes, & actiones non valde lædantur, nec multum à statunaturali recedant bonam salutis spem præbent: si verò contrarium accidat & sputum à statu naturali plane discedat in substantia, qualitate, quantitate, &c. resægri in angusto esse arguunt: Sic si pleuritidi Peripneumonia superveniat malum aph. 11. l.7. Sputum livescens & nigrum lethale Hipp. in coac.

XVI.

Tempus eventus quod attinetsi ineunte Pleuritide expectoratum ilico procedat & appareat, brevis erit
morbus, si vero serius procedat longus aph. 12. l. 1.
Quibus pleuriticis in principio lingua bile persusa est
septimo die judicantur: plura de tempore eventus
vid. apud Hipp. in coac. & comment. Lud. Dureti.

XVII.

Denique quoad modum eventus, Pleuritis vel resolvitur, licet rarò dum materia per insensilem transpira-

CHISE

tionem discutitur & exhalat, vel excernitur utpl. verò per Sputum, & nisi intra 14 dies superne purgentur transit in Empyema aph. 8. l. 5. & nisi intra 40. dies repurgentur phthysici evadunt aph. 15. l. 5.

be ipfine falmen vel mATIVX remous eventus brevila-

Sequentur Indicationes quibus absolutis carationi nos accingemus sc. materia fluxura sive causa antecedens quatenus qualitate alterata peccat alteranda est contrariis, quatenus copia minuenda, quatenus motu peccat & influet revellenda est jam jam influens derivanda, influxa & adhuc remeabilis, evacuanda & discutienda, & si discuti nequeat pepticis est maturanda & expectoranda. Dolor si sit immanis & vires valde atterat (neglecto morbo & causa) leniendus est per anodyna, vel sopiendus per narcotica sed hæc non nisi summà urgente necessitate in usum trahenda sunt.

XIX.

Revulsio materiæ influentis, & influxæ derivatio & evacuatio commode perficitur venasectione, quæ verò vena secanda est non convenit inter gravissimos Authores. Gal de cur. rat. per sang. miss. ejusdem lateris venam aperire jubet: Arabes & princeps ipsorum Avicenna majoris revulsionis gratia 1. Saphanam aperit, dein venam lateris oppositi, tandem ejusdem lateris: plures prastantisimorum authorum ut magni istius Vefalii, Belgii nostriluminis, & Caroli Quinti Imperatoris Medici quondam cubicularii, & aliorum hac de re discrepantiu opiniones in medium adferre possem, quas brevitatistudens omitto. Nos verò (pace omnium quoniam Viris gravissimis dissentientibus tyronem aliquid certi statuere fortasse ambitionem saperet) revulsionis causa eligimus venam lateris oppositi, dein mox evacuationis causâ

causà ejusdem lateris. in virginibus aliisque, quibus menstrua vel solennis aliqua evacuatio suppressa est Saphana sectio majus commodum adfert, nisi corpus sit plethoricum, hoc enim in casu sectio vena in cubito est præmittenda & mox ad prædictam Saphanam deveniendum. Si debilis sit natura & à V.S. planè abhorreat æger, cucurbitula cum scarificatione locum ejus supplere poterunt.

XX.

Post Venasectionem purgantia sed lenia in usum trahantur; qualia sunt Tamarindi, manna, Syr. ros. sol. &c. formulas qui desiderat, practicos consulat: Sudorifera hicetiam conducunt ut theriaca mithridatium diascord. fracast. pro potu bibat decoctum pectorale ex rad. alth. Scabios. Tusilag. fol. marrub. prasii, &c. additis passulis ex quibus omnibus cum aq. comm. decoctis, & colatis, cumá; Syr. de hysopo capill. ven, de alth. fern. Apozemata fieri possunt.

XXI.

Ad materiam discutiendam uti præcipue in Notha Pleuritide, linimenta & cataplasmata lateri affecto admoveantur, quæ confici possunt ex florib. chamæm. melil. fol. verbasc. Pariet. Sem. lini, fænugr. papav. rhead. &c. decoctis in aq. comm. & cum spongia vel vesica porcinà calide applicatis, & ne refrigerentur panni lanei calidi superponantur.

XXII.

Hisce omnibus ita præmissis specifica nonnulla medicamenta Antipleuritica Medicis dicta in usum trahi possunt, à quibus admirandos aliquando vidimus successus, quatenus reliquias materiæ morbificæ discu-

AS

riunt, qualia vulgo creduntur. Syr. papav. rhead. rasura dentis apri: Semen card. Sancti, Card. mar. oculi cancri pp. Riverius valde commendat stercus equinum in aq. card. B. dissolutum, & colatum. Idem præstat stercus album gallinæ cum eadem aqua plura vid. apud River. pract. med. l.7. cap. 2. de pleuritide.

XXIII.

Diata hic uti in aliis acutis tenuis esse debet teste Latino Hippocrate Celso l. 4. c. 6. v.g. ptisana, lac amygdalarum, & si vires sint debiles ad earum restaurationem (cui totis viribus incumbere debemus, quia præcipua cura in iis consistit) offeratur mica panis cum jure pulli, acerba, acida, salsa omnia vitentur Potus sit aq. hord. cum passulis, vel decoctum glycyyrhiz: frigidum non bibat quia pectori inimicum, aph. 24. l. s. à vino planè sese abstineat nisi morbus paulatim remiserit, vel vires nimis languescant, tunc enim aliquid concedi poterit sed tenue sit. Reliquarum rerum non Naturalium moderatio servanda est, sed brevitatis causa omitto.

XXIV.

Et hæc sunt quæ de verà Pleuritide ejusque cura breviter pro exercitio publico concinnare volui; farraginem remediorum & formularum qui desiderant, Oceanum istum medendi Galenum, & vasta aliorum pra-Eticorum volumina scrutentur:

XXV.

Faxit Deus Ter Opt. Max. Summus medendi Magister, ut hac omnia succedant in nomiin nominis sui Gloriam, proximi nostri commodum & Artis Medica decus & propagationem, & Parentum meorum solatium.

鏇捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺捺

Ventilationis causa hæc adjicio.

I.

An in Diabete potulenta materia ordinariam viam sequatur. Neg.

II.

An hysterica passionis causa proxima sit corporalis uteri ad diaphragma ascensus illud comprimens. Neg.

III.

An arteria implentur quia dilatantur an contra, Neg. prius. Aff. posterius.

IV.

Vera & exquisita Pleuritis absq, V.S. minus commodè curatur.

V.

Lien absq vita periculo exscindi nequit.

FINIS.

the morning for Glaring and received for the feeth The Court of the C a decide of the contract of th Ventilationis tau la baccolitato. estacio Dial cre petalatea marta la profithe Bear vises for the fire the g. States for in the property of the property corporate interinct diaphragms afrensishod con reinneus. Neg. a Lie certarie insplement quis differenter ancomera, Neg. prices. Abs. peplerius. La Maria of evoque first Phantein aby 1765. trainest commendate corrastive. tiens ably with parients expaind perpents CIL. M. L. T.